

Petrus de Vinea

*Ep. V 95 (Pro parte M. de...,
maiestatis nostrae fidelis...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 95 (Pro parte M. de...,
maiestatis nostrae fidelis...)*

1242

Eidem, super eodem uel quasi.

1. Pro parte M. de..., maiestatis nostrae fidelis, coram excellentia nostra nuper expositum extitit cum querela, quod, cum ipse mutauerit quondam Firmano episcopo quinquaginta libras, tunc in Firmana ecclesia residenti, sicut patere asserit per publicum instrumentum, nec sibi fuerit de predictis per eundem episcopum seu personam aliam pro eius parte aliquatenus satisfactum, et bona ipsius ecclesiae per nostram curiam procurentur, pro parte ipsius M. fuit celsitudini nostrae humiliter supplicatum, ut sibi super hoc dignaremur misericorditer prouidere. 2. Nos itaque supplicationibus ipsius benignius inclinati, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, si tibi constiterit de premissis, de prouentibus ipsius ecclesiae, quae curia nostra tenet, eidem M. restitui facias pecuniam supradictam. 3. Dummodo et cetera, prout supra, in alia.